



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Aqvæ Vitæ, De Fontibvs Salvatoris. hoc est, Doctrina
Evangelica De Meditatione mortis**

Kispenning, Henricus

Antverpiæ, 1583

Sententia III. Matth. XI. Venite ad me omnes qui laboratis &c. xxij.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-46214](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-46214)

randos scilicet peccatores. Iam quid vspiam est, quod miseris nobis Christum queat iucundiorē & desideratorem facere? Poterat venire pro merito humani generis, ut iudex: & ecce venit ut medicus. Nec expectat donec vocetur, sed ultro venit: & ipse ad se vocat curandos. Non enim dicit, Veni vocatus à peccatoribus: sed, Veni vocare peccatores. quo quid aliud exprimit, quam animum ad inuadum propensissimum? Qui ergo etiam ultro ad se vocat peccatores, quomodo reiciet venientes? Minime tamen negligendum est, quod nō simpliciter dicit, Veni vocare peccatores: sed addit, ad poenitentiam. Non enim ideo peccatores vocat, ut peccatores maneat: sed ut desistant, conuertantur & viuāt. Gaudeat ergo, quisquis ille est, quem perpetua damnationis reum adiudicabat conscientia peccatorum. Excidit quippe pietas Jesu omnem criminum quantitatem seu numerositatem. Latetur, quicumque vitis expugnabatur antiquis: siquidem ante faciem unctionis Christi, nullus omnino stare poterit morbus anime, quamlibet inueteratus: qui contritos corde sanat unctione Misericordie sue.

Ezech. 18.
33.
Bernard. ser.
I. in vigilia
Natiuit. Do-
min.

SENTENTIA III. Matthæi 11.

Venite ad me omnes qui laboratis & onerati estis:
& ego reficiam vos. Et inuenietis requiem ani-
mabus vestris.

PARACLESIS.

Venite ad me OMNES, inquit, non hic aut ille: sed
omnes, qui curis, qui doloribus, qui peccatis labo-
ratis, venite ad me. Non ut poenas luatis: verum ut do-
lores, peccatāq; vestra resoluamur. Venite: non quia
glorifi-

CAPVT

XXII.

Chrysoft.
Hom. 39. in
Matthæum.

120 CONSOL. EX S. DOCT. CHRISTI.
glorificari me à vobis opus est mihi: sed quia salutem
vestram maximè sitio: Ego in omni vos quiete consti-
tuam. Domine Iesu, qui verè mitis & humilis cordis,
neminem abicis vel contemnis: ego, qui hæcenus gra-
uissimè peccatorum ingo pressus & fatigatus sum, ad te
venio: non gressibus corporis, sed fide ex corde contritus
& humiliato: teque per vulnera tua obsecro, vt iuxta
pollicitationem tuam, qua neminem fallis, tua me dulci
misericordia reficias: & celebrabo nomen tuum, quod est
benedictum in secula.

SENTENTIA IIII. Matthæi XVIII.

Venit filius hominis saluare quod perierat. Quid
vobis videtur? Si fuerint alicui centum oves, &
errauerit vna ex eis: nonne relinquit nonaginta
nouem in montibus, & vadit quærere eam que
errauit? Et si contigerit vt inueniat eam: amen-
dico vobis, quia gaudet super eam magis, quam
super nonaginta nouem quæ non errauerunt. Sic
non est voluntas ante Patrem vestrum, qui in cae-
lis est, vt pereat vnus de pusillis istis.

CAPVT
XXIII.

PARACLESIS.

Habes in his Christi verbis insigne hoc diuina Be-
nitatis indicium: quòd post tantam contuma-
ciam & inobedientiam, post tanta scelera, cum iam de-
lendum penitus totum hominum genus videretur: tum
vero maximum omnium Beneficium prestitit, & uni-
genitum filium suum in hunc mundum missum, in mor-
tem tradidit, idq; pro nobis inimicis adhuc, cumq; auer-
santibus: per quem reconciliatis, regnum celorum &
vitam æternam spondit. Deinde ostèditur, cur Chri-
stus in mundum venerit: nempe vt peccatores saluos fa-
ceret,

Rom. 5. 8.
1. Tim. 1.